

• habituros totum id et quidquid per dictos procuratores constitu-
 • tos actum, dictum, gestum, factum, procuratumve fuerit in prac-
 • missis seu quolibet praemissorum : Relevantes nihilominus ex
 • nunc et relevare volentes eosdem suos procuratores ab omni
 • onere satisfaciendi ac iudicio sisti et iudicatum solvendi, cum omni-
 • bus et singulis clausulis necessariis et opportunis sub hypotheca
 • et obligatione dicti domini ducis, rogatorum, consiliariorum ac
 • domini, bonorum, terrarum et locorum praedictorum mobilium
 • et immobilium, iurium et actionum praesentium et futurarum et
 • qualibet alia iuris et facti renuntiatione ad haec necessaria pa-
 • riter et cautela. Et insuper praedicti domini oratores, syndici et
 • procuratores in manibus ejusdem S. D. N. papae et in praesentia
 • mei notarii publici infrascripti ut supra recipientis et stipulantis,
 • sponte et libere ad sancta Dei evangelia, tactis per eos ad hoc
 • corporaliter scripturis sacrosanctis, solemniter juraverunt et
 • promiserunt supradictos suos procuratores ut supra constitutos,
 • aut eorum aliquem non revocare, neque revocari facere nec
 • contra praemissa aut quodlibet praemissorum facere dicere vel
 • venire, nec ullo unquam tempore consentire in iudicio et extra,
 • publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quaesito colore
 • sed ea attendere et observare et rata et grata habere, donec et
 • quousque omnia et singula in praesenti instrumento et capitulis
 • praedictis ac quolibet eorum realiter et cum effectu contenta,
 • fuerint totaliter adimpleta. De et super quibus omnibus et sin-
 • gulis praemissis dicti domini oratores syndici et procuratores
 • nominibus quibus supra, eisdem sanctissimo domino nostro
 • papae, et sacro collegio et camerae apostolicae per me no-
 • tarium publicum infrascriptum unum vel plura publicum vel
 • publica fieri atque confici petierunt instrumentum et instru-
 • menta.

• Actum in civitate Venetiarum in palatio illustrissimi princi-
 • pis antedicti, praesentibus ad omnia et singula sic ut praemittitur
 • gesta, spectabilibus viris dominis Nicolao Stella, Joanne Soro